



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Petrus Ord. S. Brig. C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

PETRVS ORD. S. BRIGIT.
FLORVIT ANNO
CHRISTI 1400.

BONIFACIO IX. Pontifice.

ROBERTO Imperatore.

ERICO XIII. Rege.

PETRVS Ord. D. Brigittæ, reuelatione Diuina assignatus fuit vnus ex patribus spiritualibus & comitibus itineris D. Brigittæ, cum Mathia ac Petro Priore. Hic D. Brigittæ atque Catherinæ domus ac familiæ Magister & Oeconomus fuit, adhæsitque illis ad mortem D. Brigittæ, cuius corpus vna cum B. Catharina profecutus est, factus deinde primus Monasterij Valthenen. pater & Præfident, ibidemque laboris patientissimus profunda quadam humilitate præditus, ardenti erga Deū & proximum charitate inflammatus, in oratione assiduus, comis, affabilis, paupertatisque ac patientiæ studiosus, vita & exemplis illustris, cum longæquam senectutem egisset, requieuit in Domino, tam in vita quam in morte miraculis clarus; clariorque in dies, propter frequentiam hominum, voti causa, ad illius sepulchrum aduentantium: quem morem prisca inuexit religio. Eius vitam & miracula conscripsit probata fide Frater Mathias Laurentij Ordinis eiusdem, vir ætate grandæus, ac erga Deum pietate ac religione conspicuus, quam tamen nondum videre potui. Supplicatum fuit pro Canonisatione ipsius apud Leonem Papam X. Sed hæresis gliscente nihil perfectum.

Petrus spiritualis Pater S. Brigittæ.

Primus Superior Monasterij Valthenensis.

In vita & morte miraculis clarus.

De eo lib. extrau. Reu. c. 48, & in vita D. Brigittæ.

M 4 MAGNVS